

50


Guilielmus Dei gratia Princeps Auaricae Comes a Nassau
Baro et Dominus in Breda in Dierst &c

Redditae sunt nobis literae vestrae, quas postridie Kal:
Febr. ad nos inde dedistis. Ex quibus pro more institutoq;
vrae Academiae, nomina trium vestri Collegii a vobis
designata comperimus, ut desinente iam Dni Fuggerei
Rectoratu, ex his unum, qui eidem succedat, in sequentem
annum deligamus; Et quia tam vestrorum omnium, tum
vniuersi Senatus Lugdunensis commendatione D. Petrus
Tiara, graecae linguae professor, ad huiusmodi subeundum
munus, iampridem longo vsu idoneus censetur, merito
illum Rectoratui dictae Academiae per integrum sequentem
annum praefecimus, ac per pntes praeficimus, necnon a
vobis, omnibusq; alijs quorum intererit, pro Rectore
agnosci, honorariq; volumus. Valete. Middelburge
vij Februarij anno sesquimillesimo septuagesimo septimo

Vobis toto pectore
addictissimus

Guilielmus de Nassau

DD. Gulielmo fuggereio
Et ceterisq; Dilectis
professoribus Academiae
Lugdunensis Batavorum



A.

Amo 1577 Feb. VI
Descriptio...